



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.30. Monita Mariniano Ravennatensi data.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

nas grassatur, ita ut animo dejiciar. Alia- Sæculum VII
rum infirmitatum mearum tantus est nu- A. C. 601.
merus, ut iis omnibus recensendis par non
sim. Paucis dicam; humoris maligni
pernicies ita in omnes artus meos penetra-
vit, ut vitam fastidiam. Expecto, & cu-
pio mori, tanquam unicum malis meis re-
medium. Rursus ad nobilem fœminam, IX. ep. 38.
nomine Rusticianam, pariter podagra
afflictam scribens ait: Timeo, ne nimiis
doloribus succumbat delicatum corpus
tuum. Scis, qualis fuerim, & tamen
cordis amaritudine, continuo mærore, &
acerbis podagræ doloribus ad eam tenuita-
tem redactus sum, ut corpus meum sicut
cadaver in sepulchro exsiccatum sit. Vix
unquam levari e lecto possum. Si igitur
podagra corporis mei massam consumere
valuit, quæ tui jam corporis macies sit,
cum jam ante vix ossibus hæseris? Hæc
verba conjecturæ locum dant, S. Gre-
gorio, dum bona valetudine fruebatur,
magnum & validum corpus fuisse. Prius
in hac epistola dixerat, se tunc, cum a
Rusticana missus tabellarius advenisset,
adeo defecisse, ut nulla vitae spes super-
esset.

§. XXX.

Monita Mariniano Ravennatensi data.

Hæc dispicimus ex epistola ipsius S. IX. ep. 28.
 Gregorii sub idem tempus ad Ma-

M m 2 rinia-

Sæculum VIIrinianum Episcopum Ravennatensem da-
A. C. 601. ta. *Cum non sine maximo meo mero-*
ab aliis perceperim, inquit, quod sangu-
nis vomitu labores, jussi consuli Medicu-
qui hic inter ceteros excellunt; quid si
sentiant, tibi scriptum transmitto. Omne
silentium & quietem tibi præscribunt, si
vereor, ut hæc servare possis, si in Eccle-
sia tua maneas; quare tibi suadeo, ut vi-
ris constitutis, qui Missas celebrent, mi-
gotia Diæcessis tractent, Hospites advo-
nientes excipiant, & Monasteria regant,
buc venias ante æstatem, ubi ipse ego, ut
potuero, valetudinis tuæ curam geram.
Quippe Medici affirmant, huic morbo tem-
pus æstivum maxime nocere. Plurimum
interest, ut integris viribus ad Ecclesiam
tuam redeas, aut si aliter de te Deus do-
creverit, saltem inter amicorum manus
obdormias. Ego vero, qui me morti pro-
ximum perbene novi, si me Deus te advo-
vivo ex ergastulo bujus corporis evocet,
inter manus tuas expirare cupio. Si vi-
nias, paucos tecum habeas ministros, non
in Domo Episcopali apud me divertes, & mi-
xilia necessaria hæc Ecclesia tibi suppedi-
tabit. Ceterum non exhortor, sed distri-
cte præcipio tibi, ut jejunare cesses, quia
dicunt Medici, malum tuum inedia aug-
ri. Nolo, ut saepius in anno quam que-
ries, videlicet in solemnioribus Festa
jejunes. Etiam a Vigiliis absis; sed Bi-
nedi-

nedictionem Cerei & Evangelii expositio- Sæculum VII
nem, quam Episcopi in Paschate pronun- A. C. 601.
ciare solent, ab alio recitari jube. Hæc
epistola mense Febr. anno 601. data est.

§. XXXI.

Constantius Mediolanensis obit.

Constantio Episcopo Mediolanensi an-
no superiore fatis functo, vehemen-
ter indoluit S. Gregorius; nam vir erat
Disciplinæ Ecclesiasticæ tenax, & in Cu-
stodia Civitatis suæ vigilantissimus. Hæc VII. ep. 65.
de illo ad populum & Clericos Mediola-
nenses scribit, & subjungit, Electionem
Diaconi Deus dedit sibi per gratiam esse,
addens: sed tantum faciem ipsius & non
mores novi, idcirco tam Dei honor, quam
utilitas vestra postulat, ut sollicite ex-
aminetis, an in vita præterita hujus viri
nulla culpa deprehendatur, ob quam jux-
ta Canones repelli mereatur, præterea an
Regimini, & Disciplinæ conservandæ
idoneus sit. Si dignum judicatis, volu-
mus, ut vi hujus epistolæ ordinetur.

Illud autem, quod vobis Agilulphus
scripsit (erat is Rex Longobardorum)
non vos terreat; nunquam enim consen-
tiemus, ut vir ab aliis quam a Catholicis
& præsertim a Longobardis (*) electus
M m 3 ordi-

(*) Ex his cognoscimus, necdum illo tempo-
re totam Longobardorum Gentem Fidem Iesu
Christi suscepisse.